Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0001-4

INDEX MATERIARUM ALPHABETICUS.

A

De Alienatione Bonorū Civitatis ad l. 3. C. d. vend. reb. civ. 10.
Accisa n. 14.
Adeliche Geschlechter 15.
Apium jure. 19.
Actione Hypothecaria. 27.

B.

Bonis Domanialibus. 3.
Bonorū Epis. Conscriptioē. 9.
Bienen Recht. 19.

C.

Capitulatione Regni Germanici. n. 1.
Conductioē Rei dominicæ. 8.
Civitatis rerū alienatiōe. 10.
Collectis ad elocandas filias illustres. 11.
Catastri revisione. 13.
Contractib. in scriptis. 20.
Convalescentia. 24.
Capitalib. inimicitijs. 28.
Calliditate forensi. 30.
Competentia fori. 33.

De D. nō.

Domanialibus bonis. 3.
Domanijs Regni Germanici. 4.
Dominicæ rei locatione. 8.
Dies interpellatione. 25.
Dissertatio illustris. 5. 6.

E.

Elocationis Collecta. 11.
Emeritis. 16.
Epistola Fideicomissaria 21.
Eruenda veritate. 30.

F.

Fortuna spuriorum 17.
Fideicomissaria Epistola. 21.
Forensi calliditate in eruenda facti veritate. 30.
Foro Competenti. 33.
Filiarū illustrium jure exigendi collect. ad elocc. Germ. 11.
Fräulein Steuer.

De **G.**

Germanici Regni Capitulatione n. 1.
— — — Domaniis. 4.
— jure Investiendi status. 7.
Geschlechter der Adel. 15.
Gütern, so die Herrschafft besitzt. 8.

H

Handlungs Vorschlägen. 26.
Herrschafft Verpfändung u. Güter. 8.
Hypothecaria actione. 27.

I. J.

Infeudari rebus sol. n. 5. a.
Imperii Germ. Rom. status inve- stiendi jure. 7.
Individuitate. 23.
Interpellatione tacita. 25.
Inimicitiis capitalibus. 28.
Interpellat. divers. hom. 25.
Illustrium filiarum jure exi- gendi collect. ad elocat. 11.
Investiendi status imp. Ger. Rom. jure. 7.
Jure invest. — — 7. jure exig. coll. ad eloc. ill. fil. 11. Reservatis juribus cr. omni. **K** 18. Aput. 19. occurs. 29

Kayserl. Wahl Capitulation. 1.

De **L.**

Legibus solutis Principibus. 2.
Locatione conductione rei dominicae. 8.
Früchten, die wohl geraten. 16.

N.

Nimio. — — 22.
Nominatione socii criminis. 32.

De **O.**

Ovium jure n. 18.
Occursus jure. 29.

P

Patriciis. 15.
Poenarum subjecto. 31.
Principe soluto LL. 2.
Particulari Territorio tto in feudato. 6.
Praescriptione bonor. spir. 9.
Principis bon. pstt. 9.
Rauch- Herrschaffts Gut. 8.

De **R**

Re-infeudatione perpetua. 5.b.
Regni Germ. capitulatione. 1.
Regni Germ. Domaniis. 4.
Rebus infeudari et sub. solitis. 5.a.
Reichs- Belehnung. 7.
Rei Dominica Loci Con. 18.
Romani Ger. Imp. status in jure. 7.
Rerum civitatis alienat. 10.
Revisione Catastri. 13.
Richten der Schäfferey. 18.

S.

Status Rom. Ger. in jure. 7.
Solutus Princeps LL. 2.
Solitis rebus infeud. et sub. 5.
Subinfeudato Territorio. 6.
Spuriorum fortuna. 17.
Schäfferey Recht. 18.
in Scriptis fact. contract. 20.
Socii Nominae crim. 32.
Subjecto poenarum. 31.
Steuer der Fürstl. Bräuh. 11.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0004-2
DFG

De **T. T.**

Tafel-Gütern: 3.
Territorio particul. St. 6.
Tractatibus. 26.
Tacita interpellatione 25.
Todt-feindschafft. 28.

Von **U. V.**

Verpachteten herrschafft gütern 8.
Verdient gemachten 16.
Vorschlägen der Lande 26.

Von **W. W.**

Wahl-Capitul. der Kayser. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0006-3

B.138.
K.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0008-5

13a

nium ſub NO ZOLL, P. P. diſputando dedit, ſelectas ex
Cauſis M ationes Præſide Dn. D. HENRICO BODINO
defendit. igat fori favor eum prenſare Titulum eam-
que adip veniens Examini rigoroſo ſe ſubjecit, ac
omninò publicam ad *L. XXXVIII. ff. de Rei Vindicat.*
horâ IX. lem in Auditorio Cœlico, ex ſingulari favore
Mariani Quibus actibus Academiæ Proceres, Stu-
dioſi, ut i N. Anno MDCLXXXV.

JURIDICÆ FACULTATIS DECANUS,

JOANNES MAURITIUS GUDENUS,

JCtus, COMES PALATINUS CÆSAREUS, CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIUS ET ERFORDIÆ PRÆTOR,

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM!

FAceſſat lis illa, quâ Toga Sago, & hoc iſti neſcio quam de ſede movet, aut ſtatione quæſtionem, quamque inconſultò determinans prudentiſſimus aliàs TULLIUS, dum *cedant arma togæ*, pronunciâſſe culpatur, invidiam JULII in ſe provocavit, non in paucis ſibi moleſtiſſimam. Amiciſſima ſunt invicem hodiè Arma, Literæ, nec ullis æmulationum jurgiis diſſident, mutuâ conſervatione, tutelâ, fide, plus quàm unquam ſibi devincta. Iſta, invitantibus ad campum verni temporis commoditatibus, patriæ fines petunt, Hoſtem illum profligatura, qui profeſsâ Barbarie, bonarum artium diſciplinas acinace rudi decollare in ſuæ Tyrannidis Politicâ habet. Quanto devinceris beneficio à Sago Toga! Illud ſub dio pluvium madidumque degit, ut Tu ſub Scientiarum porticu libera & tecta, nullis obnoxia Barbariei procellis ambules, iſtud profuſo ad patriæ defenſionem, ad Chriſtiani nominis decus ſangvine cruentum, ut ſuo in Parnaſſo Muſæ aſylum retineant, ſuas apud Muſas Parnaſſus ſacer maneat. Non minori beneficio Toga Sagum devincit, dum abſtinente hôc à Patriâ truculentum hoſtem, illa domi civilia diſponit, armis nervos tribuit, invenit conſilia, ſuppeditat artes, fortitudine cives, cunctos virtute accendit, ut excubans in finibus miles abundet cunctis, auxiliis perpetuetur exercitus, ac ſtabilitâ à tergo pace, ſoli intentus eſſe hoſti poſſit, nec ad ulla reſpicere pericula neceſſe habeat. Ita profectò Armorum hæc Literarumque concordia noſtro tempore ſtabilitur: Mittimus in Pannonias arma, quæ truculento hoſti ſe obicem objiciunt, quò minùs penetrare in patriæ viſcera, noſtrasque turbare literas qveat, movent ſe illa contra Orientis Tyrannum, ne pari, quâ Græciam jamtum devaſtavit Barbarie, noſtras etiam literarum palæſtras deſolet. Interim domi neqvaqvam otioſas in ſinu manus componunt Muſæ, verùm ardentiſſimis votis Scientiarum ſacra in Scholis, in Academiis peraguntur. Teſtis eſt UNIVERSITAS noſtra, novis PRINCIPIS ELECTORIS Eminentiſſimi gratiis, poſt Contagionis Lethargum reſuſcitata, in eâ Juridica Facultas non ſolùm Auditoria Lectionibus, ſed ipſas inſuper Cathedras Neo-Doctoribus implet. Hodiè præſertim quendam eodem fine proponit, Virum-Juvenem, Dn. FRIDERICUM WILHELMUM LYSERUM, Halæ Saxonum XX. Januarii Anno labentis Sæculi quinquageſimo octavo in lucem hanc editum, Filium Viri diſertiſſimi, Dn. FRIDERICI WILHELMI LYSERI, Metropolitanæ Magdenburgenſis Eccleſiaſtæ Primarii. Mater jam fatis conceſſit optimæ recordationis Domina CHRISTINA MARGARITHA, Nobiliß. SIMONIS MALSII, diverſorum quondam Ducum Conſiliarii ac Cancellarii, Filia. Hi parentes à ſuo pietatis officio admoniti, Filium vix primam egreſſum infantiam, liberalibus artibus conſecrârunt, emicuit ſtatim apta ad ardua indoles, igitur cum Magdeburgi privatorum Præceptorum operâ in patriis laribus humaniorum literarum fundamenta delineâſſet, Halam Saxonum miſſus, BERGERI LIPENIIque Præceptorum informatione inſtructus, adeò profecit, ut locus ipſi inter Electorales Alumnos Miſniæ tribueretur, ubi, ut & poſtmodùm domi privatâ manuductione in Humanioribus & Philoſophicis inſigniter proficiens, ad altiora ſtudia capacem ſe reddidit. Hinc Lipſiam ire juſſus, Præceptoribus Dn. Dn. Dn. Doctoribus ALBERTI, MYLIO & RECHENBERGERO Philoſophiæ ſtudium per annum continuavit, in bivio adhuc hærens, an Parentis veſtigia ſeqvi, an litare Jurisprudentiæ vellet. Poſtquam in hac Alma Univerſitate longo tempore deſudâſſet, placuit itinere per potiſſima Germaniæ inſtituto chariſſimam Patriam luſtrare, utiliore fortean inſtituto, quàm habent illi, qui externis vitiorum lernis ſe committunt: Ita adita Bohemia, Moravia, Auſtria, ac fines Hungariæ luſtrati. Non abſtraxerunt amœnitates hæ à literis devotiſſimum Muſis animum, ſed itinere abſolutô *Rintelium* profectus, ubi duos integros annos Jurisprudentiæ indefeſſo labore dedit, neque poſteà cum Academiâ ſtudium id reliqvit, ſed domi Nobiliſſimi Dn. Doctoris EGGELINGII, Magdenburgenſis Reipubl. Syndici, ut & Dn. Lic. KOCHII, Senatoris operâ Jurisprudentiam ſolidiorem adeptus eſt. Mox ingens in literas amor denuò *Rintelium* revocavit, quò Illuſtrem quendam Baronem ab ELTZ Moderator duxit, ac per triennium ſubſtitit, omni interim Juris ſtudiô feliciſſimè conſummatô. Specimen eruditionis Præſide Dn. D: HERMANNO ZOLL, P. P. diſputando dedit, ſelectas ex Cauſis Matrimonialibus Concluſiones ex Cathedra proponens, nec minùs generosè accuratiſſimas Sutholti diſſertationes Præſide Dn. D. HENRICO BODINO defendit. Poſthæc Vale Academiæ dicto, forum ſalutavit, cauſarum non paucarum hactenus felix patronus. Inſtigat fori favor eum prenſare Titulum eamque adipiſci dignitatem, quæ in Theoria perfecto, in Praxi facundo ex jure debetur, ad quam conſeqvendam huc veniens Examini rigoroſo ſe ſubjecit, ac omninò tantam eruditionem probavit, ut ad ulteriora ſpecimina ipſum admiſerimus, quæ die craſtinâ, Lectionem publicam ad *L. XXXVIII. ff. de Rei Vindicat.* horâ IX. matutinâ in Schola Juris habiturus, aggredietur, ac continuabit perendie, cum Diſputationem Inauguralem in Auditorio Cœlico, ex ſingulari favore Mariani Venerabilis Capituli ad hoc aperiendo, de REVISIONE CATASTRI horis ante- & pomeridianis inſtituet. Quibus actibus Academiæ Proceres, Studioſi, ut intereſſe velint, officiosè invitantur. Publ. Erfurti ſub Facultatis noſtræ ſigillo, in Dominica Palmarum S. N. Anno MDCLXXXV.

ERFORDIÆ, Typis JOH. HENRICI GROSCHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0010-4

UNIV.- UND LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0011-0

UNIV.- UND LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0012-6

00 A 6323

ULB Halle 3
002 919 46X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0013-2

00
A
6523

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0014-7

JURIDICÆ FACULTATIS DECANUS,

JOANNES MAURITIUS GUDENUS,

JCtus, COMES PALATINUS CÆSAREUS, CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIUS ET ERFORDIÆ PRÆTOR,

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM!

FAceſſat lis illa, quâ Toga Sago, & hoc iſti neſcio quam de ſede movet, aut ſtatione quæſtionem, quamque inconſultò determinans prudentiſſimus aliàs TULLIUS, dum *cedant arma togæ*, pronunciâſſe culpatur, invidiam JULII in ſe provocavit, non in paucis ſibi moleſtiſſimam. Amiciſſima ſunt invicem hodiè Arma, Literæ, nec ullis æmulationum jurgiis diſſident, mutuâ conſervatione, tutelâ, fide, plus quàm unquam ſibi devincta. Iſta, invitantibus ad campum verni temporis commoditatibus, patriæ fines petunt, Hoſtem illum profligatura, qui profeſſâ Barbarie, bonarum artium diſciplinas acinace rudi decollare in ſuæ Tyrannidis Politicâ habet. Quanto devinceris beneficio à Sago Toga! Illud ſub dio pluvium madidumque degit, ut Tu ſub Scientiarum porticu libera & tecta, nullis obnoxia Barbariei procellis ambules, iſtud profuſo ad patriæ defenſionem, ad Chriſtiani nominis decus ſangvine cruentum, ut ſuo in Parnaſſo Muſæ aſylum retineant, ſuas apud Muſas Parnaſſus ſacer maneat. Non minori beneficio Toga Sagum devincit, dum abſtinente hôc à Patriâ truculentum hoſtem, illa domi civilia diſponit, armis nervos tribuit, invenit conſilia, ſuppeditat artes, fortitudine cives, cunctos virtute accendit, ut excubans in finibus miles abundet cunctis, auxiliis perpetuetur exercitus, ac ſtabilitâ à tergo pace, ſoli intentus eſſe hoſti poſſit, nec ad ulla reſpicere pericula neceſſe habeat. Ita profectò Armorum hæc Literarumque concordia noſtro tempore ſtabilitur: Mittimus in Pannonias arma, quæ truculento hoſti ſe obicem objiciunt, quò minùs penetrare in patriæ viſcera, noſtraſque turbare literas qveat, movent ſe illa contra Orientis Tyrannum, ne pari, quâ Græciam jamtum devaſtavit Barbarie, noſtras etiam literarum palæſtras deſolet. Interim domi neqvaqvam otioſas in ſinu manus componunt Muſæ, verùm ardentiſſimis votis Scientiarum ſacra in Scholis, in Academiis peraguntur. Teſtis eſt UNIVERSITAS noſtra, novis PRINCIPIS ELECTORIS Eminentiſſimi gratiis, poſt Contagionis Lethargum reſuſcitata, in eâ Juridica Facultas non ſolùm Auditoria Lectionibus, ſed ipſas inſuper Cathedras Neo-Doctoribus implet. Hodiè præſertim quendam eodem fine proponit, Virum-Juvenem, Dn. FRIDERICUM WILHELMUM LYSERUM, Halæ Saxonum XX. Januarii Anno labentis Sæculi quinquageſimo octavo in lucem hanc editum, Filium Viri diſertiſſimi, Dn. FRIDERICI WILHELMI LYSERI, Metropolitanæ Magdenburgenſis Eccleſiaſtæ Primarii. Mater jam fatis conceſſit optimæ recordationis Domina CHRISTINA MARGARITHA, Nobiliſſ. SIMONIS MALSII, diverſorum quondam Ducum Conſiliarii ac Cancellarii, Filia. Hi parentes à ſuo pietatis officio admoniti, Filium vix primam egreſſum infantiam, liberalibus artibus conſecrârunt, emicuit ſtatim apta ad ardua indoles, igitur cum Magdeburgi privatorum Præceptorum operâ in patriis laribus humaniorum literarum fundamenta delineâſſet, Halam Saxonum miſſus, BERGERI LIPENIIque Præceptorum informatione inſtructus, adeò profecit, ut locus ipſi inter Electorales Alumnos Miſniæ tribueretur, ubi, ut & poſtmodùm domi privatâ manuductione in Humanioribus & Philoſophicis inſigniter proficiens, ad altiora ſtudia capacem ſe reddidit. Hinc Lipſiam ire juſſus, Præceptoribus Dn. Dn. Dn. Doctoribus ALBERTI, MYLIO & RECHENBERGERO Philoſophiæ ſtudium per annum continuavit, in bivio adhuc hærens, an Parentis veſtigia ſeqvi, an litare Jurisprudentiæ vellet. Poſtquam in hac Alma Univerſitate longo tempore deſudâſſet, placuit itinere per potiſſima Germaniæ inſtituto chariſſimam Patriam luſtrare, utiliore fortean inſtituto, quàm habent illi, qui externis vitiorum lernis ſe committunt: Ita adita Bohemia, Moravia, Auſtria, ac fines Hungariæ luſtrati. Non abſtraxerunt amœnitates hæ à literis devotiſſimum Muſis animum, ſed itinere abſolutô *Rintelium* profectus, ubi duos integros annos Jurisprudentiæ indefeſſo labore dedit, neque poſteà cum Academiâ ſtudium id reliqvit, ſed domi Nobiliſſimi Dn. Doctoris EGGELINGII, Magdenburgenſis Reipubl. Syndici, ut & Dn. Lic. KOCHII, Senatoris operâ Jurisprudentiam ſolidiorem adeptus eſt. Mox ingens in literas amor denuò *Rintelium* revocavit, quò Illuſtrem quendam Baronem ab ELTZ Moderator duxit, ac per triennium ſubſtitit, omni interim Juris ſtudiô feliciſſimè conſummatô. Specimen eruditionis Præſide Dn. D: HERMANNO ZOLL, P. P. diſputando dedit, ſelectas ex Cauſis Matrimonialibus Concluſiones ex Cathedra proponens, nec minùs generoſè accuratiſſimas Sutholti diſſertationes Præſide Dn. D. HENRICO BODINO defendit. Poſthæc Vale Academiæ dicto, forum ſalutavit, cauſarum non paucarum hactenus felix patronus. Inſtigat fori favor eum prenſare Titulum eamque adipiſci dignitatem, quæ in Theoria perfecto, in Praxi facundo ex jure debetur, ad quam conſeqvendam huc veniens Examini rigoroſo ſe ſubjecit, ac omninò tantam eruditionem probavit, ut ad ulteriora ſpecimina ipſum admiſerimus, quæ die craſtinâ, Lectionem publicam ad *L. XXXVIII. ff. de Rei Vindicat.* horâ IX. matutinâ in Schola Juris habiturus, aggredietur, ac continuabit perendie, cum Diſputationem Inauguralem in Auditorio Cœlico, ex ſingulari favore Mariani Venerabilis Capituli ad hoc aperiendo, de REVISIONE CATASTRI horis ante- & pomeridianis inſtituet. Quibus actibus Academiæ Proceres, Studioſi, ut intereſſe velint, officioſè invitantur. Publ. Erfurti ſub Facultatis noſtræ ſigillo, in Dominica Palmarum S. N. Anno MDCLXXXV.

ERFORDIÆ, Typis JOH. HENRICI GROSCHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-539911-p0015-3